semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, menorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Exercitum, vel aliis quibuscunque Dillationibus, et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem proterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalis Juris, praescriptione Terrestri bello Conventioneque a caeteris omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iidem Dydynscy eidem Charzewskiemu debent & Fratrem statuent. 176

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Candidus Constantinus, et Franciscus Dydynscy Fratres inter se germani, olim Generosi Nicolai Dydynski Filii, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet

illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi suis et Generosi Michaelis Dydynski Fratris sui Recognoscentium germani, pro cuius rati habitione cavent et se praesentibus inscribunt nominibus, Generoso Eustachio Charzewski eiusq Posteris Summam Mille Florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet Florenum Grossis Triginta Polonicalibus computando et numerando, certi, veri, iusti et liquidi debiti, mutuatae que apud ipsum per se Recognoscentes pecuniae, tenentur atque debent. Quam quidem Summam suprascriptam Mille Florenorum Polonicalium iidem suprascripti Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus, atque Franciscus Dydynscij Fratres inter se germani se suosque Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, Summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Generoso Eustachio Charzewski Creditori suo eiusque Posteris hinc et ab Actu praesenti pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo secundo proxime et immediate venturo incidenti realiter et in effectu soluturos et coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus reposituros et relicturos repositamque et relictam, rursus ab eodem Officio non effidem puturos, nec arestaturos vel quovis alio modo solutionem Summae eiusdem praepedituros et impugnaturos inscribunt et obligant praesentibus. Idque sub vadio simili Summae Mille Florenorum Polonicalium per eosdem Recognoscentes sive eorum Posteros supramemorato Creditori suo vel eius successoribus ob non solutionem Summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Nihilominus iidem Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus, atq Franciscus

Dydynscij fratres inter se germani, se, ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis supraescripto Generoso Eustachio Charzewski Creditori suo eiusque Posteris inscribunt et obligant praesentibus, memoratum Generosum Michaelem Dydynski, sui Recognoscentium fratrē germanum, vel in euentu mortis successores illius, ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Debitoream, vel aliam similem suo proueniente faciendam ad Acta quaeuis Authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia infra decursum duodecem septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eoque, vel eius successoribus et praemissa debite exequantur efficere. Idque sub uadio simili et securio vadio, aliorum Mille florenorum Polonicalium per eosdem Recognoscentes siue eorum successores supraescripto Generoso Eustachio Charzewski Creditori suo vel eius Posteris ob non statuitionem memorati Generosi Michaelis Dydynski fratris sui germani statuendi, vel in euentu mortis successorum illius, pro tempore et loco superius expresso ad soluendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, summaque ipsa principali non soluta soluenda. Citati existentes memorati Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus atque Franciscus Dydynscij fratres inter se germani, siue eorum successores, ad instantiam praefati Generosi Eustachii Charzewski Creditoris sui, vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ex tunc re a ssu supraescripto, quo ad respondendum spectat mediante

1960.

semper in primo Citatorio Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere, vadium vel vadia praefata luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate Sorte maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad Munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis Dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praedictam ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Termi-nos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Iuris Simplicibus vel Implicatis Evasionibus Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Convenctioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo aliis quovis excedendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

9/VII Feria Quinta ante Festum Sanctae Margarethae Virginis & Martyris proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Mm. Ossolinscy Coniuges